

diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur, oculum, quod adhuc ab Ecclesia toleratur. Item aliud est a calium officis abstinere, ut peccandi licentia ceteris auferatur, & hujusmodi ad penitentiam fructum trahatur: atque aliud, si tanquam falsa in fornicationem iactantia talia mysteria respiciantur. Sine dubitatione itaque teneatur, quod a clericis, & presbyteris, quatenus fornicariis, quamdiu ab Ecclesia tolerantur, nec est crimen evidens, licite audiuntur divina officia, & alia recipiunt ecclesiastica sacramenta.

NOTÆ.

Lucus III. In secunda collectione, sub hoc tit. can. le- gion Lucius III. ex Conc. Mogunt. sed male; in hac sexta collectione, & Præfatis Militiz sancti Jacobi; quam inscriptionem retinendam esse jam notavit Gujac. in præsen- ti. Circa institutionem, & confirmationem ordinis Militiz S. Jacobi de la Spatha in Hispania, varia adduxerunt Historici nostri: illud certo liquet, Ordinem hunc jam fuisse insti-

tutum per annos 1030. ut constat ex verbis cujusdam privilegii in favorem monasterii Salamantini monialis Sancti Jacobi, quod pro foribus Ecclesie literis deauratis est tran- scriptum; quodque referunt, originem, & progressum hujus Militie proleptentes, D. Franciscus de Vergara & Alaba, in supremo Castellæ Senatu, & Inquisitionis Consiliariis egregius, P. Andreas Mendo de Ordinis Militariis diff. 1. q. 6. per totam. D. Petro Fernandez de Fuente Encalada, primo hujus præfati Ordinis Ministro, & ejus Præfatis Lucius in præfatis retribit.

CAPUT VIII.

a Innoc. III. Oxomen Episcopo.

TUA nos duxit fraternitas consulendus, si de clericis publice concubinas habentibus, qui quando conveniuntur a te, se esse concubinariorum diffidentur, nec apparet contra eos legitimum accusator, credendum sit testimo- nio bonorum vicinorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nos igitur consultationis tua taliter respondemus, quod si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium; in eo casu nec accusator, nec testis est ne- cessarius, cum hujusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si vero publicum est, non ex evidenti, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt: cum non sit de testimoniis, sed testibus judicandum. Sed si de clericis illis talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum in populo generetur, licet contra ipsos non apparuerit accusator, tu tamen eis canonicam potes & purgationem indicere: quam si præstare no- luerint, vel desecerint in præstantia, eos canonice potes animadversione punire. Datum Lateran. 5. idus Maii.

NOTÆ.

Innocent. Oxomenf. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. can. 1. in epistolis vero Innocentii editis a Sir- leto, fol. 319. legitur Oxomen. ex textu autem serie deduci non potest, utra ex his inscriptionibus retinenda sit, & an de clericis Angliæ, ubi extat Ecclesia Oxomenfis: an vero de sacerdotibus Hispaniæ, ubi reperitur Oxomenfis, loquatur Innoc. III. Credo tamen legendam esse Oxomenf., loquatur Innoc. III. Episcopo Oxomenf. pro restituendis Cano- nicis regularibus in ipsa Ecclesia: unde statim de clericis concubinariis ipsius diocesis ab Episcopo Oxomenf. consul- tus in præfati epistola retribit. De Oxomenf. Ecclesia jam nonnulla notavi in de hoc, de simonia.

can. sequent. 2. qu. 1. capit. evidentia, ubi dicemus, de accus. c. fama. Cui, aut ramori non temere credendum est, c. 2. hoc tit. c. 6. de fide instrum. c. 5. de eo qui cognovit. Alloquin, inquit Quintilianus, fraude inimicorum falsa vulgantium læpe fama noceret etiam innocentiis, fame lapsu numero malignitas in- titium, credulitas incrementum dat. Fama igitur notorium non facit, sed ut scriptum est, in c. intellecto 33. de jurjur. quasi notorium.

de Testimoniis, sed rebus. Verba sunt textus, in l. 3. §. idem Demitru, ff. de test. c. 2. qui matrimonium accusat. Cicero pro Posthumio ait, iisdem testibus inquam, & quidem non produc- tis, sed illis testium rectatis, quasi præjudicata res ad has causas dederat. Tacitus, l. de Oratoribus, ubi Testi- monium in judicis publicis, non adhibentes, nec per tabellam dare, sed coram, & per præfates. Differentiam inter tes- tes, & testimonia jam exposui, in c. 1. de test. c. Purgationem. De qua Deo volente agemus in c. 1. de purg. can.

CAPUT IX.

Idem a Pistorien. Episcopo.

NOBIS tua fraternitas requisivit, utrum ab iis decimas exigere debeas, qui possessiones dant, vel recipiunt ad assecurum, cum alii se contentur per alios exulare, quominus cogantur ad decimas persolvendas. Quid etiam sit de mulieribus in Episcopatu tuo presbyteris in capellis sub conversationis specie cohabitantibus faciendum: unde infamia irrogatur ordini clericorum. Cum igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi a præfatione ipsarum spe- cialiter sit exemptus, fraternitatem tuam duximus respondendum, quod a dantibus possessiones, & accipientibus ad asse- curum, de fructibus, quos percipiunt, decima sunt solvenda, nisi ab eis aliquid ostendatur, quare ab hujusmodi sint immunes. Cum clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale foedus nihil permittit sevi criminis estimari. Datum Lateran. 3. Non. Decembris.

NOTÆ.

Pistorienf. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. in c. a nobis, de decimis, ubi extat alia pars hujus Decretalis. Pistorienfis civitas perantiqua est Etruriæ, ad radices Alpium, in plano, fertillique solo sita patet, la- ta, amena, omnium fructuum genere abundans, qua Flo- rentiam iur; & ejus meminerunt Plautus, Salustius, Plinius,

& Marcellinus coegit ab Ughellio, t. 3. Ital. Sacr. fol. 352. a quo inter primas Etruriæ civitates, qua Christianam fidem susceperunt, ut prima referuntur: ejus Præfatum catalogum ipse refert. Sophrodo ejus Episcopo cuius gesta refert Ughel- lius, num. 23. missa est præfata decretalis, quam restituo ex epistolis Innoc. Colonie editis fol. 467. & eam exposui supra in cap. 1.

CAPUT X.

a Gregorius IX.

Quæsitum est de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium priusquam poeniterint audiendum. Ven- tum est quemlibet pro mortali peccato quoad seipsum confiteri esse b suspensionem, non debet tamen in officio evitari; quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est, & nisi peccatum suspensus non est, d notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per evidentiæ rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit.

NOTÆ.

Gregorius IX. A quibus tamen consultus, non constat; forsitan motu proprio præfatum edidit constitutionem, ut de ipso Gregorio jam sæpe notari in hoc opere, b Suspensionem. Non tamen inde inferas, peccatum mortale esse censuram; quia peccatum nequam habet rationem cen- suræ, aut pene, ut considerat Vasquez, t. 2. in 3. part. de excommuni. lib. 1. n. 7. licet per illud peccator privetur per- ceptione sacramentorum, & amittat fideliæ communicatio-

nem, quæ per charitatem fit, c. mones 15. q. 1. Unde non est audiendus Joannes Major, in 4. d. 18. q. 2. qui sequens Glosam in c. si quis, verbo Non tantum, de sent. excomm. exi- stimavit, omne peccatum mortale, per quod peccator a per- ceptione sacramentorum repellitur, minorem excommunica- tionem esse: quomodo dicitur in Covar. in c. alius mater, in princ. n. 5. Gibalinus, de censur. disp. 2. q. 2. n. 8. c. Nisi peccatum. Et his verbis deducunt Covar. in Clem. si quisquis, par. 1. §. 1. n. 5. Navarraus, in Manuali, c. 25. n. 76. & c. 27. n. 154. & consil. 17. de clerico excom. n. 2. cle- ricos

ricos concubinariorum notorios esse ab officio, & beneficio sus- pensos ipso iure; pro quibus etiam faciunt caput si quis fuerit, 28. d. caput nullus, caput præter, 32. d. caput sacerdos, 30. d. caput si quis amodo, & c. d. & declaratio Cardin. ad Trid. sess. 25. de reform. c. 14. ibi: Clerici concubinari notorii sunt etiam hodie ipso iure a divinis suspensi, prout in veteri ju- re sunt. Sed adhuc contrarium docuerunt Suarez, de censur. disp. 38. sess. 3. n. 12. Valensius, de censur. disp. 7. q. 1. confel. 35. Et in synod. verbo Concubinari; qui recte di- stinguntur inter suspensionem quoad alios tanquam censuram, ita ut quoad alios non sit suspensus clericus, nisi crimen sit publicum per sententiam, aut confessionem in iudicio; aut ita notum, ut ulla tergiversatione celari non possit, & tunc sus- pensus sit quoad alios eodem modo, ac quando peccatum est occultum, suspensus est quoad se, videlicet ratione peccati mortalis, non autem ratione censuræ; unde etiam post noto- rium celebrando non efficitur irregularis. Gibalinus d. c. 5. q. 4. Gutierrez, l. 2. canon. c. 7. n. 86. qui hoc facilius admittit post Tridentinum, sess. 24. de ref. c. 14. cum mul- ta imponitur suspensio ipso facto.

d Notorium per sententiam. Sententia enim inducit notorie- tatem, ut docet Alciat. de pref. in prelatiis, 2. p. n. 16. Covar. l. 3. var. c. 2. n. 4. Innoc. Gironius, in pragmat. ad cond. tit. quod valet ad infamiam, ad notorietatem criminis, vel nobilitatis, & ad multos effectus, qui afferuntur ab Auditoribus, quos laudat Menochius, l. 1. de pref. q. 67. Salcedus, in addition. ad Ven. Diaz, in præf. criminali, c. 97. Barb. in remiss. ad Trid. sess. 24. de re- form. c. 8. nosse Solorzanoz solit. l. 3. c. 29. præp. fin. ubi alios, & se refert in opere latino. Ratio vero ex eo principio de- scendit, quoniam post rem iudicatam, amplius in dubium vo- cari non potest id, quod decum fuit, nec de illo iterum quæri.

COMMENTARIUM.

Sacerdotis concubinam habentis Mifam, aut divina officia audire nefas illi fuisse ad iudicium excommunicationis pena, si quis illi interesse adus fuerit, constat ex Synodo Ro- mana sub Nicolao II. can. 3. ibi: Ut nullus Mifam audiat presbyteris, quem fecit concubinam inducantur habere. Extat apud Gratianum in c. nullus, 32. d. quæm sanctonem non modo confirmavit Innoc. III. in Synodo Romana, can. 5. sed ab aliis summis quoque Romanæ Ecclesie Præfatis editam esse peripse illis verbis: Prædecessorum nostrorum Grego- rii VII. Urbani, & Paschalis Romanorum Pontificum ve- stigis inherentes precipimus, ut nullus Mifam eorum audiat, quos uxores, vel concubinas habere cognoverit. Simile est illud Urbani II. testimonium epist. ad L. presbyteriam, ubi: Præ- decessores nostri Nicolaus, & Gregorius a Mifis sacerdotum quos tales revera esse confiteris, fideles abstinere decreverunt, ut & peccandi licentiam ceteris auferrent, & hujusmodi ad di- gna penitentia lamenta revocarent. Concilium Pictaviense can. 9. relatum in c. 1. in 1. collect. sub hoc tit. Et in ep. canon. Hadriani, can. 25. ibi: Ut nullus Presbyter, Diaconus, Sub- diaconus concubinam habeat, sed nec aliam feminam unde mala suspicio habeatur, in una domo secum teneat: & qui-

cunque sacerdotum, si ve per pecuniam ordinatorum Mifam scienter audierint, excommunicationi subiacere debent. Gregorius VII. qui hujus prohibitionis auctor laudatur ab An- selmo ep. ad Willielmum Abbatem Hirsingensis, Italis & Theu- tonicis retribens de presbyteris concubinariis ait: Si in peccato perseverare maluerint, eorum officium audire ve- rum nemo præsumat. Sed cum Nicolaus contrarium de- crevisset in c. ult. 15. q. ult. idem Lucius III. in c. vestra, & Gregorius IX. in hoc textu pro conciliatione dictorum ca- nonum statuerunt ut si notorium crimen sit, ita ut nulla ter- giversatione celari possit, talis publicus concubinariorum vitan- dus sit, quia dum populus ab eo abstinet, & ipsi, & alii auferunt peccandi licentia; & interim nec ab eo divina my- steria audienda, nec sacramenta recipienda sunt, nisi in casu necessitatis, præter, §. ad hoc, 32. d. Si vero occultum est cri- men eius, & nulla condemnatio, vel accusatio præcessit, licet aliqua percuberit fama, hoc non impedit quominus fi- deles, & sacra audiant, & sacramenta ab eo percipiant, licet talis sacerdos, quia quoad se est suspensus, celebrando graviter peccet; quo casu exandendus est Nicolaus, in d. c. ult. docuerunt plures consilia Luna, & Arellano, l. 3. disp. antinom. 1. in fine: nisi dicitur cum Tilmano Bredembachio, l. 1. an presb. c. 6. pro diversitate temporum, quoad sacra- menta recipienda a peccatoribus diversam fuisse Ecclesie dis- ciplinam. D. Aug. serm. 50. in Quinquages. & c. 2. de de- c. & ep. 166. contra Donatistas, a malis posse suscipi sa- cramenta docet, dum eos tolerat Ecclesia, nec absum mini- strandorum sacramentorum excludit Nicolaus primus in d. c. nullus: & Alexand. in d. d. cap. præter, 32. disp. ad con- fundendos, & rubore suffundendos peccatores ab illis non de- se recipienda sacramenta, nec illorum Mifas esse audiendas, sancivit; postea in Concilio Constantiensi, quia Vindex officio cadere exilimavit eos, qui in peccata præbebantur; attamen diffinitum fuit, peccatum usu sacerdoti non priva- re, & merito; nam certum est, malum sacerdotem æne ef- ficaciter sacrificare, quam sanctum, cum scilicet sacrificandi non pendat ex ministri qualitate. D. Thomas, 3. part. q. 82. art. 6. Bellarm. l. 1. de sacram. in genere, c. 26. Theo- philus Raynaud. l. 1. de hæres. sac. c. 1. puncto 1. Malus sacerdos, ut pulchre tradit Isidorus Pelusiotus, l. 3. epist. 340. se habet ut corvus, qui Elias ecas afferbat; aut canis, qui eandem aquam transmittit, etiam si non sit argen- teus, sed lapideus, vel lateritius, quæ est S. Aug. comparatio tradit. 5. in Joannem, in fine: iuxta Nazianzenum, ep. de Baptismo, ut sigillum ferreum, quod non minus imaginem Regiam insculpit quam si sit aureum. Similia exempla se- minis in agricola, luminis, vel cerei accendi, tradunt D. Augustin. l. 3. de baptis. c. 10. & l. 4. c. 11. & contra Cris- tianum c. 8. Nicolaus ad consil. Bulgar. c. 11. & firmatur cele- bri casu relato in vitis Patrum l. 3. lib. 9. n. 11. Et etiam sacerdotem non esse sperendum, constat ex D. Cypriano ep. 65. ibi: Cum leprosum emundat, dicit illi: Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum humilitate ea, quos quoque esse humiles docuit. Sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat etiam sacrilegum. Illustrat Novarin. in Agno Eucharist. c. 90. exort. 56.



TITULUS III.

De Clericis Conjugatis.

CAPUT PRIMUM.

a Alexand. III.

SI qui clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica, & retinen- das uxores distributione ecclesiastica compellatis. Sed si in Subdiaconatu, & aliis superioribus ordinibus uxorem accepisse noscuntur, eos uxores dimittere, & penitentiam agere de commisso per suspensionis, & excommunica- tionis sententiam compellere poterit.

NOTÆ.

Alexander III. Ita etiam legitur in c. 1. hoc tit. in pri- ma collectione, ubi additur pars capituli sicut in ex- tirpanda; quibus inuitur in præfati referri partem textus, in c. sicut 4. supra tit. proximo, ubi integrum eius reuli, prout reperitur in ipso Concilio Lateran. post illud, p. 13. c. 2. b Beneficium. Quæ vacat ipso iure, nisi matrimonium nul- lum sit, quia tunc desideratur iudicis sententia. Martinus l. 1. resol. c. 60. c. Excommunicationis. Ut in c. 3. de except. in 5. compil.

COMMENTARIUM.

Conclusio, quæ communiter ex hoc textu deducitur, sic le habet: Matrimonium a clericis in minoribus gra- dibus constituitur valeat: a Subdiaconis vero, & supra celebra- tum nullum est. Probant eam textus in can. 27. Apoll. ibi: Si nuptis autem, qui ad clerum proventi sunt, præcipi- mus, ut si voluerint, uxores accipiant; sed lectores, cantores, quæ tantummodo, Quæ canon citatur a Patribus textæ Syno-

di can. 6. & refertur a Gratiano, in c. si quis, 32. d. D. Clemens ep. 3. ad Jacobum fratrem, & l. 6. consil. c. 17. Concil. Neo- cast. can. 1. ibi: Presbyter si uxorem duxerit, ordine suo moveatur. Et can. 7. quem citant PP. Conc. Mogunt. 3. sub Rabano, can. 19. Paris. 3. can. 35. Romanum 2. sub Silvestro can. 19. ibi: Nemo presbyter a die omnis presbyteri sumat conjugium, & si quis neglecto exierit, 12. annis eum doci- mus privari honore. Et in c. si quis 37. d. c. quia tuus, Pa- rager. si quis vero, 12. q. 2. Eugenius II. decreto 2. Præcipi- mus observari, ut qui in ordine Subdiaconatus, aut supra uxorem duxerint, aut concubinas habuerint, officio Ecclesias- tico, & beneficio careant. Zacharias I. epist. 1. ad Bonif. Concil. Nicæn. 1. canon. 3. l. sacris 45. Cod. de Epist. & Cler. Synodus, 6. d. canon. 16. ibi: Quoniam in Apostolicis ca- nonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores, & cantores posse uxorem du- cere, & nos hoc servante decernimus, ut deinceps nulli pe- nitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero post sus- ordinationem contrahere liceat, si autem hoc fuerit ausus fa- cere, deponatur; Et in c. presbyteris, 27. d. Concil. Car- thagin. 3. canon. 19. ibi: Placuit ut lectores cum ad annos puber-



Si quis clericus post acceptam benedictionem, cuiuslibet lo- ci, vel ordinis ad conjugandum torum sibi illicitum de quo...

De voto continentia

Manet ergo, continentiam hanc servatam fuisse a sacris militibus iam a primis Ecclesie temporibus, sed utrum hanc...

Traditio ratione coelibatus

Superest ut ratione coelibatus, & continentia clericorum in medium afferamus. Et certe ratio prima provenit ab exem-...

tra morem receptum notatur a Marone, in Gallo, quod Cleo- patram in expeditionem secum duxisset.

Et apud Propertium l. 4. eleg. 3. Romanis armum parvissent castra puellis, Effum militis facta sibi tunc.

Quintilianus in declam. Mariane, ait: Meretricibus ab exercitu submoventur, intrare castra feminis non licet. Quare D. Aug. l. 20. contra Faustum, & 9. refert quod Venus Vulcani conjux...

Silius Italicus l. 7. Hinc ades, o Regina Deum, gens castra precatur. Clemens l. 1. Strom. item scribit de Aegyptiis: necnon S. Hieronymus, l. 2. in Iovin. ac creditus Aug. ser. 37. ad fratres in oratione...

est, omnes 32. 9. 7. Etis, qui uxorem habet, vacare studiis non potest, cuius rei preclarum prae exemplum B. Hieronymus, in Iovin. unde Cicero post Tertentia repudium, ab Hircio rogatus, ut suam forem in uxorem duceret, respondit, non posse simul, uxori & Philosophiae navare operam; fortiori ratione, & Deo, & uxori non possumus recte servire, c. 1. 2. 1. Merito ergo sancti Ecclesiae Patres tot canonicis prohibitions, sacras ministris usum conjugii, Julianus Imper. orat. 5. sic scribit: Apud Athenenses, qui arcana illa tractant, castissime degunt; ut eorum Antistes Hierophanta ab omni profusa generatione abstinere, tanquam profectio illius in infinitum patriceps esse minime debeat; sed definita potius, ac perpetua maneat, & una contempta, incorrupta, sincereque natura. Caelibatum sacerdotum suadet illa Epicteti disputatio, quae suadet Cynicum, five perfectum Philosophum oportere esse coelibem, l. 3. Ariani, c. 22. ibi: Nonne Cynicum abstinenti non modo posse oportet a ministerio Dei, cui servit, ut possit tempore adesse hominibus, non alligatus domesticis officiis, aut distractus his rebus, quas negligens non teneatur, boni & integri hominis persona, quae procarat: amittit omnes nuntii, & speculatoris atque etiam praconis Dei? Nonne oportet conjugii illicitum cogitare, quae cocero fiat danda, aliis quoque affinis, & praeterea uxori? Deinde operam quoque impendere agrorantibus cogitare, & reiacquirenda studiose esse oportere, ut de ceteris nihil dicam. Quia etiam lebetem, & scapham habere oportebit, qui calidam insudat loculo infantem, necnon lanula quoque, & oleo, & gravato, & poculo opus erit puerperae. Plura nunc parantur vascula, ut praeterea reliquis occupationibus, & distractionibus negotiorum. Quid licet erit Regi huic, quo vacare publicis rebus, & negotiis queat, cui tot populi commissi sunt, tantaque curat? Is ammirat, qui speculator esse debet aliorum omnium; quique in matrimonio constitutus, & hos etiam qui liberos educant, quinam bene sua utatur uxore, qui fecus faciat, ac rixetur, & quae familia dissentiat, & item qui sit contentiens. Eum circumque tanquam medicum, atque obambularem oportet, & vibrantes venas experiri, & huic dicere, tu febricitas; alii, tibi caput dolent; alii, tu laboras podagra; deinde sic praecipit: tu intendere laboribus, tu plenioribus utere cibis, tu abstinere lavacro, te oportebit fecari, te vero viri. At si fit domesticis impeditus negotiis, quod suspexit otium ad hac peragenda?

Diffolvitur abstinendi ratio

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, pro cuius solutione sciendum est, in magnum verari discrimen inter Sacerdotis legis veteris, & legis gratiae. Primo enim illi ad certam tribum alligati, debebant initia matrimonii progignere successores, nostrum sacerdotium non carnali propagatione, sed divina consecratione transmittitur ad posterum. Secundo illi imbulabant bellinas carnes; nostri offerebant divinum corpus, & sanguinem unigeniti Filii Dei. Tertio illi rariis ad sacrificandum accedebant, tempore nimirum vicis sui; & tunc & congressu uxorum, & potione vini abstinentiam facit: nostri quotidie sacris mysteriis sacrificiorum, orationum, & sacramentorum peragenda incumbunt. Denique lex illa rudiior fuit, & nostra lex spiritualis. Quo circa non est inaccommodum, si in lege Evangelica sunt praeccepta quadam carni mollia, quae spiritui grata sunt, & levia; & haec enim dici non debent mollia, & gravia, quia & animum hominis mira suavitate quando implentur, perfundunt, & ut perferantur, non deest uberrima gratia, & auxilium Dei, qui apud Oseam c. 11. ita promittit: Ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachiis meis, & ero quasi exaltans in sinu super macillas eorum. Homini onusto, si ipse portetur, minus gravis est sarcina: si vero etiam ab alio sustentetur, vel nihil, vel parum molesta affert bajulo. Scandalum quae in dies occurrunt, non sunt impudenda legi de observando coelibatu, sed dissolutio, & relaxatione legum. Adde quod non minima ab uxoris perperantur, inter quos, & ex quibus effrenatae impudicitiae frequentiora notantur exempla: uni viro legitime uxoris consortium plerumque libidinis absum non extinguit, qui post alienas inhiae non cohibetur, ut legitime de viro aliquo probatissimus Davidic, qui adulterio, rapturae, & homicidio contaminatus legitur; trecentae Regine Saque, & homicidio complexibus, & sepe peccatorum concubinarum grege non arcuatur, nisi augeat reus, nisi gratia sacramenti matrimonialis obtinet. Non melior, & continentiam esse speciale Dei donum, ut Sabinus, 8. dicitur. At licet voretur confidendo de auxilio divino promissio. Nec arguendi sunt vorantes praesumptio, fidelis est enim Deus, qui non patitur furia modam servos suos tenari: sicut autem filios in regione peregrina desinitus libidinis, & opibus mutuum accipit, & solvere promittit, consilium de patris sui amantissimi, & opulentissimi liberalitate; ita Christianus, specialiter vera clericus, consilium de misericordia eius, quem scit castitate delectari, & piorum in se fiducia gaudere, votum inuicem cum gratia adimpledum, ad quod invitum non inducitur. Nec obstat augmentum primam deductum de D. Paulo, ad Hebraeos c. 13. ubi matrimonium honorabiliter appellat. Nam respondetur, matrimonium non prohiberi ministris sacris, quia sanctum non fit, & ut et sacramentum, sed propter aliud, quod illi annexum est, copulam videlicet caralem, quae animum hominis ad inferiora deprimit, ut minus idoneus fit ad celestia medicanda, & tractanda. Nec obstat aliud augmentum ex eodem D. Paulo l. ad Cor. i. 9. in illis verbis: Numquid non habemus, &? Nam respondetur, constare ex ipso textu, D. Paulum agere de mulieribus, quae Apostolis ministrabant necessaria ad vitam: usus ille communis erat Apostolis, fo-

lus Paulus cum Barnaba iis non utebatur, & ita accepit locum illum D. Pauli D. Hieronymus contra Iovinianum, & explicat Tert. pro canon. Apost. l. 1. c. 2. & 4. Nec obstat, ipsum Apostolum ep. 1. ad Tim. dixisse Episcopum debere esse unius uxoris virum; nam ut Ambrosius ep. 81. notavit, ne quis filios creare in sacerdotio Apostolica invictetur auctoritate, habentem dixit filios, non facientes, & ita Apostolus permittit unius uxoris virum, non vero bigamum, in Episcopum eligi. Cai interpretationi consentiunt Div. Chrylost. in ep. Pauli ad Tim. c. 3. homil. 10. Epiphanius heresi 19. Hieron. l. 3. contra Iovinianum, qui ep. 50. ad Pammachium, ait: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virginiae eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in aeternum iudici. Nec tandem obstat textus, in d. can. 6. Apost. nam respondetur, in eo canone nihil de incedo a sacerdotibus, vel Episcopis canubio agi, sed quia primis Ecclesiae temporibus uxorati assumpti fuerunt ad sacros Ordines, illis praecipitur non usus conjugalis, sed cura, & providentia erga iam ductam uxorem, cui esse dimissa sacerdos de alimentis, & aliis ad vitam necessariis providere tenebatur. S. Leo, ep. 92. ad Rusticum, ibi: Lex continentiae eadem est ministris altaris, quae Episcopis, atque presbyteris, & qui cum esse laici, sive lectores, licite & uxores ducere, & filios procreare poterunt; sed cum ad praedictos pervenerint gradus, coepit iis non licere quod licuit. Unde ut de carnali libi-rituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic habere, quod & salva sit caritas conjugiorum, & cessent opera nuptiarum. Episcopi enim, & presbyteri Ecclesiae Latinae, ut supra retuli, abstinebant a conjugibus, sed non eas debebant, imo eas caste, ut forores tractabant. Innoc. 1. in ep. ad Exuperium, c. 9. Conc. Aurelian. l. can. 15. Turon. c. can. 13. Arvernense, can. 12. Uade de Urbano Arvernenf. Episcopo refert Greg. Tur. l. 1. c. 22. & 4. Papiam habuisse ut forem, non ut uxorem. Fortunatus in poem. ad Leontium Burgalensium, ibi:

Ceter amore etiam Placidiana pauca referre, Qua tibi tunc conjux, est modo clara foror. Passim in Conciliis Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, id est, quae continentiam proficentes, a virorum suorum ordine ita appellabantur, ut docent plura de illis concilient Phostius, in Notation. l. 1. tit. 37. Baronius, an. 34. Basilium, d. l. 7. de matrim. c. 25. Elpenceus, l. 1. dist. 67. Gregorius, in summa, verbo Diaconus, Mellana, ad D. Hieronymum verbo Episcopus, fol. 159. Ant. August. in epist. par. Pontif. tit. 38. & 39. Pancirolo, l. 1. var. c. 82. Celar, de ecl. hierarch. dist. 8. §. 2. & dist. 9. §. finali, Albapinus, in notis ad can. 19. Conc. Niceni, Justelus, in notis ad can. Ecl. univers. fol. 254. Zarda, in notis, c. 151. Moracius, in author. Diaconi, C. de Episcop. & Clero, Hallierius, de sacris ecl. 2. par. 4. §. 6. Tambur. de iure Abbat. dist. 7. §. 8. Savarus, in notis ad epistaphum Sionii, in prin. D. Bjoarroyo, in c. 2. qui clericus vel voto.

Sed supra traditae assertioni primo obstat textus, in can. 6. Conc. Tol. 3. in illis verbis: Sexte discussionis obiecto, quorundam male conciorum parit denotatum elogium, namentatum est nobis, quoddam Subdiaconos, postquam ad huiusmodi ordinis pervenerint gradum, non solum immunditia fordari, cum scriptum sit, mundamini qui fertis vasa Domini; sed etiam, quod dictu quoque nefas est, novis uxoris copulari, aliter hunc hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a Pontifice se nesciant percipisse. Proinde omni excommunicatione disciso velamine, id praecipimus observari, ut cum idem Subdiaconi ordinantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab Episcopo detur (sicut in quibusdam Ecclesiis veritas tradita antiqua, & facta dignoscitur consuetudo libere prolata) omni penitus ab illis fore mulierum, ac familiaritate remota. Ex quibus verbis constat Subdiaconos Hispaniae Pontifice non percipere, & ita continentiam servare cogantur. Igitur quia impedimentum conjugii non ex ordine sacro, sed ex benedictione tantum provenit, ac per consequens Subdiaconi, quibus inae hodie non imponitur, non coguntur servare castitatem. Pro cuius canonis expositione P. Gibalinus, de claustra regni, dist. 3. c. 2. §. 2. existimat, Subdiaconos de quibus in eo textu, conjugia contrahere posse, quia non ab Episcopo, sed a Chorepiscopo ordinati fuerant, cum Chorepiscopi consecrum esse olim etiam Subdiaconos ordinare. Conc. Antioch. can. 10. Synodus Meldensis can. 44. ubi iuxta decreta Innocentii prohibetur, ne Chorepiscopus Ecclesiam consecret, & Ordines Ecclesiasticos, qui per manus impositionem tribuntur, id est nonnulli ad Subdiaconatum, & haec jubente Episcopo, & in locis, quibus canones designant, agere praesumat. Synodus Hispan. 2. can. 7. Uade cum ex defectu legitimi ministri Subdiaconi illi ordinati non essent, recte contendeant sibi habere contrahendum matrimonium. Sed haec Gibalinus interpretatio, omissis quae de Chorepiscopo concessi, in c. quanto, de consuet. sustineri non potest ex eo, quod Subdiaconi conquirebantur ibi in benedictionem non accipere, & iubeat Patres, ut deinceps una cum vasis illi traederetur. Igitur quia defectus, qui praetendebatur a Subdiaconis, non erat ministerii, sed potius benedictionis. Quare ea sententia omisa, verus dicendum est, Subdiaconos, de quibus ibi, vere ordinatos esse cum propria materia, & a legitimo ministro; sed eos rite ordinatos non esse falso existimasse ex eo, quia cum Presbyter, & Diaconus tempore suo ordinatio benedictionem, id est manus impositionem acciperet, Conc. Carthag. 4. c. 3. ibi: Presbyter cum ordinatur, Episcopo cum benediciente, & manum super

19 Expositio can. 6. Conc. Tol. 3.

super caput tenentis, & can. 4. Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui cum benedicit, manum super caput illius ponat, & late probatur in c. 1. de sacram. non iterand. unde existimant Subdiaconi, quod cum illi tempore sacri ordinis per manus impositionem ab Episcopo non consecrarentur, & gradus subdiaconalis adhuc in pluribus provinciis non esset factus, juxta tradita in c. a multis de atate & qualitate. D. Roch. Pyrrho, t. 1. Sicut, fac. selecti, ideo parabant jus connubii eos habere. PP. vero Hispani, ut deinceps tempore ordinationis cum sacra vasa illis tradebantur, benedictio etiam ab Episcopo impartiretur, non tamen quia existimarent ex benedictione illa obligationem castitatis servandae provenire.

Secundo supra traditis obstat textus, in c. 24. qui clericus, vel Exponitur textus in c. collecti, ubi Decano, & Gonicis Lemovicen. ita scribit Alex. III. Cum instituit apud nos Herbertus lator parochianus vester, ut de ordine Subdiaconatus, ad quem recipiendum nimis enormiter & inordinate se ingereret, cum eo misericorditer ageremus, & non potuisset, sicut non debuerat, in hac parte proficere, tandem a nobis licentiam postulavit, ut possit sibi in matrimonium aliquam legitime copulare. Nos itaque studiosius attendentes, quod praedictus ordo, cum nulli sibi dignitatem auterit, vel honorem, matrimonium ejus non impedit, d. v. per A. f. p. m. quod si matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus vestrum a contrahendo matrimonii, praedicti ordinis obtenta prohibere praesumat, nec sibi propter hoc molestiam inferat, vel gravamen. Ex quibus verbis aperte constat, subdiaconum recte matrimonium contrahere posse. Ergo non recte in praesenti docetur, ministris sacrae matris contrahere non licere. Pro cuius textus expositione Basilius de nostr. l. 7. c. 27. existimavit gradum Subdiaconatus non ita sacrum fuisse etiam temporibus Alexand. III. ut Subdiaconi illud contrahere nequiverint, quod probat ex ipso Alex. III. qui par. 18. post Conc. Later. c. 1. ita scribit: Si autem Subdiaconi contraxerint matrimonium, eos dammodo ante tales fuerint, quod timentium sit, ne prouta pluribus abstantur, dissimulare poteris cum suis mulieribus remanere, quia tolerandam est malum, ut peiora videntur. Sed hec Basilius sententia aperte convincitur ex nostro c. 1. qui est eisdem Alex. III. & in ea docetur, constitutis in minoribus gradibus, non vero Subdiacono, licere matrimonium contrahere. Accedit, quia pluribus retro anis ante Alex. III. Subdiaconatus gradus sacer erat, votumque castitatis annexum continebat, ut probatur in c. a multis, de atate, & qualitate, & in can. 31. Conc. Illiber.

Quare ea sententia omnia, verius dicendum existimo, tam in d. cap. 4. qui clericus vel vocat quam in alio c. 4. relato a Basilio. matrimonium a Subdiacono celebratum iustitiam ex dispensatione Pontificis, quam supponant ea verba, Dissimulare poteris, nisi dicamus cum Alano, quem sequitur Anton. August. in notis ad 1. collecti, in d. c. 1. in ea specie Herbertum gradum Subdiaconatus non accepisse, quia nimis enormiter ordinationi se ingerisset: unde factus ipse Alexander, s. similem ordinationem Herberto nullam actualis dignitatem, vel honorem; post quo verba vetus Scholasticus legit, nec chara-biterem, teste Anton. August. ubi proxime; unde si vacua fuit ipsa ordinatio, rite ponit Subdiaconus matrimonium contrahere.

Tertio obstat textus in can. 17. Concil. Tribur. relato in c. clericus 6. de vita & honest. cleric. in illis verbis: Coram populo, vel legens, vel cantans, Ex quibus deducitur, eum quia in Ecclesia cepit legere, aut cantare, non posse matrimonium contrahere. Igitur non recte in praesenti docetur, Lecturis, & aliis clericis in minoribus ordinibus constitutis licere nuptias celebrare. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, verum esse, clericos in minoribus ordinibus constitutos, rite, & recte omni tempore potuisse connubium inire, can. 25. alias 27. Apof. D. Clemens 1. 6. constit. c. 17. Conc. Carthag. 3. can. 19. Valense 1. alias 3. can. 1. Tol. 2. can. 1. Aurel. 3. can. 1. Vvormat. sub Hadriano II. can. 89. Mozacina. sub Arnulpho can. 19. dum tamen alterius lectus uxorem non recipiet, juxta can. 14. Synod. Chalcedon. ar. 17. Nec tunc obstat textus in d. can. 27. quia in eo agitur de filiis oblatiis parentibus Ecclesiae, vel monasterio, ut ibi ministrarent, quo casu cum virtute oblationis patet resistere non possent ab Ecclesia, imo veri efficerent monachi, & monachum 20. q. 1. dicemus late in c. cum finis, de regul. ideo in eo canone asseritur, quod si ita oblati coram populo ceperint legere, aut cantare, non possunt postea matrimonium inire.

Quarto obstat Synodus August. celebrata anno 972. can. fin. ibi: Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, ut in multis Conciliis firmatum est, quia divina ministeria contrahant, ab uxoris abstinent; terti autem clerici quando ad maturiorem aetatem pervenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur. Ex quibus verbis deducitur, etiam clericos inferiorum graduum, iam aetate continentiam in eo textu non tantum importare castitatem extra nuptias, ita ut sensus sit Episcopus, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, quando sacra ministeria tangant, matrimonium contrahere non possent; ceteros vero clericos posse, sed uxorem non ducentes debere castitatem servare.

C A P U T II.

Idem a Herfordien. Episcopo.

Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in conjugio constituti, diu ecclesiastica beneficia ex concessione praedecessorum suorum habuerunt, a quibus sine magno discrimine, ac effusione sanguinis non possunt privari: si t. d. ximus respondendum, ut quia ibi natio, & gens barbara, & multitudo in causa est, eos sub dissimulatione sustineas ecclesiastica beneficia tandem habita possidere, provisorius attentius, ne deinceps clericis conjugatis ecclesiastica beneficia conferantur, fed illorum aliqui ad sacros Ordines, vel Ecclesiarum administrationes non admittantur, nisi castitatem forte b voverent, & perpetuo servarent, qui unicam & e virginem haberint uxorem.

NOTAE.

a Herfordien. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. Herfordienis autem Ecclesia est in Anglia, ut jam notavi in c. 2. de tempor. ordin. Unde constat hanc definitionem esse referendam ad provinciam Angliae, ubi temporibus Alexand. III. jam corruptela invaluerat, ut clerici

uxores simul, & beneficia retinerent, ut refert Polydorus Vergil. l. 6. hist. Angliae, fol. 116. & constat ex c. penult. h. t. m. l. Berengariae Reginae Angliae. b voverint. Juxta textum in c. conjugatus, de convers. coniug. ubi dicimus. c Et virginem. Juxta adducta in c. 3. de bigam. non ordin.

C A P U T III.

Idem a Verulano Episcopo.

Quod te cum inimicis tuis, &c. De cetero, quia fraternitatis tuae querit industria, utrum clerici infra Subdiaconatus Ordinem constituti, qui cum continere, carnis vitio devicti, non valent, uxores accipiunt ecclesiastico beneficio canonice debeat spoliari. Id nam volumus experientiam inlubriata veritate tenere, quod cum simul voluptatibus & carnalibus desideris, ac divinis, & ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni contrectandis, & ecclesiasticis proculdubio beneficiis sint privandi. Sane si Ecclesiis, quibus articulat fuerant, de possessionibus, aut aliis bonis suis aliqua contulisse noscuntur, cum ab earumdem Ecclesiarum ministerio fuerint, & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via dominium, ac proprietates libere debet, & absque ulla contradictione redire.

NOTAE.

a Verulano. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. De Ecclesia Verulana nonnulla adduxi in cap. 7. de reuocacione.

hoc titul. cap. 5. & p. 50. post Concilium Lateran. cap. 7. De Ecclesia Verulana nonnulla adduxi in cap. 7. de reuocacione.

C A P U T IV.

Idem.

Sane sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quae non nuptiae, sed contubernia sunt potius nuncupanda, post longam penitentiam, & vitam laudabilem continentes officio suo restitui poterunt, & ejus executionem ex indulgentia sui Episcopi habere.

NO.

NOTAE. Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 1. ubi additur, pars capitis casum; sed cum

varii sint textus huius Pontificis, cum hoc principio, Casum, non facile potest ejus integra restitui, nec veri scriptio assignari.

C A P U T V.

Innocent. III. a Archiepiscopo Norwicensi.

Diversis fallacis homines circumventi, Deo & mammonae famulari conantur; cum tamen secundum evangelicam veritatem, nemo potest duobus dominis servire, quoniam si unum dileverit, alium habebit exodium; aut uno contempto, alium sustinebit. Accipimus etiam, quod quidam clerici tuz dicecesis, qui solemniter in consecrata Ecclesia matrimonium contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt, in quorum conversatione cithari cum psalterio male concordat. Cum igitur vir cogitet, quomodo placere possit uxori, & ideo minus quae Dei sunt, valeat cogitare, cum quasi divinus in duo plenum sui non habeat potestatem; ut ei, a quo stipendium recepit, plenius famuletur, f. t. praef. auctoritate m. quat. hujusmodi clericos beneficiis ecclesiasticis, quae in tua dicece sunt adepti, auctoritate nostra suffultus valeas ap. rem. private, praefertim cum rerum ecclesiasticarum substantia soleat deperire per tales; nisi forte talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia, quibus eos b non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos.

NOTAE.

a Norwic. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. De Ecclesia Norwicensi nonnulla adduxi in c. 9. de rescript. b Non per te. Ne contra factum proprium venisse dicatur.

COMMENTARIUM.

In his quatuor decisionibus referuntur poena quibus plebentibus sunt clerici scienter matrimonium contrahentes, quibus & alia a sacris canonibus imposita adiungenda sunt. Eas breviter recensamus. In primis tales facientes a sacris ordinibus recipiendis, vel in iam susceptis ministrando arcentur, & quaeque e. monachi, ibi: Nunquam ecclesiasticus gradus officium fornicari 27. q. 1. & olim gradus, in quibus deprehendebatur conservatus, brevissimi temporis suspensione imposita, ad superiores inhabiles reddentur. Sexta Synodus in Titul. can. 3. ibi: Similiter & eos qui post ordinationem unum matrimonium se applicaverit, hoc est, presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos, brevi aliquo tempore a sacro ministerio prohibitos, & punitos, rursus propriis gradibus restitui, ad alium gradum nequaquam promovendos, eis nefario videlicet disposito iungo. Concilium Syriacum ep. 160. Innocentius III. ep. 3. c. 1. quorum meminit Coac. Agath. can. 9. ibi: Placuit etiam, ut si Presbyteri, vel Diaconi conjugati ad torum uxorum suarum redire voluerint, Papa Innocentio ordinario, vel Syriaci Episcopi auctoritas, quae est his canonibus inserta, servetur: quod si ad aliquos formala illa ecclesiasticae vitae pariter & disciplina, quae a Syriaco Episcopo ad provincias commovit, non prohibuit pervenisse, eis ignominiosam venia remittitur, ita ut de cetero poenitentia incipiant abstinere, & ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retineant, ut ad posteriora eis non liceat ascendere. Aliquando etiam deponentur, & communione tantum concessa. Concil. Aurelian. 5. can. 4. ibi: Si quis clericus post acceptam benedictionem cupislibet loci vel ordinis, ad conjugalem toram jam sibi illicitum denuo redire praesumpserit, ulque in diem vitae ab honore accepti ordinis (sicut habent antiquorum PP. canones) deponatur, et tantum communione concessa. Quod genus suspensionis exponit Morinus l. 2. exercit. c. 6. Novo jure Concilii Viennensis ille excommunicatur. Clement. un. de consanguin. affin. Cujus explanationem prosequitur Basili. Legion. de matrim. l. 7. ep. 28. & hodie ut suspensi de heresi puniuntur ab Inquisitoribus, abjuratio de levi ab eis facta, ut refert Simanchas de Ca. thelicis, tit. 40. n. 9. Farinac. de heresi q. 183. n. 72. Carena de offic. Inquisit. tit. 17. §. 3.

Circa privationem beneficii ecclesiastici, aut incapacitatem illud obtinendi, quam incurrit clericus conjugatus, sciendum est, clericos in majoribus Ordinibus constitutos non privari beneficiis ecclesiasticis; quia cum matrimonium ab eis celebratum nullum sit, si propriis beneficiis privarentur, cogentur mendicare; quod colligitur ex c. si quis clericorum, supra relato, & expresse deducitur in c. pen. h. t. in 7. collect. ibi: Meminimus vobis olim pro pagano clerico vestro literis Apostolicis mandavisse, ut praesbendam, quam ei subtraxeratis ex occasione matrimonii, quod cum quadam muliere contraxisset debeatur, restituere deberetis: vos prolicum inter alios generari. Attendentes itaque, ne praedictum clericus ecclesiastici auxilio destitutus, ad turpia & avaricia lucra sectanda redire cogatur; cum multi concubinae, & adulteri de Bonis Ecclesiae sustententur, & in talibus fit ordinibus constitutus, in quibus legitime conjugatum tamen vestram rogamus attentius, ac per Ap. f. m. quat. ei beneficium percipiendum, unde sustentari valeat, extra fratrum consortia conferatur. Clerici autem in minoribus gradibus constituti, matrimonium contrahentes, ipso jure pri-

vantur beneficiis ecclesiasticis, ex c. 1. 2. 3. 4. & 5. sub h. t. in 5. compil. ibi: Dilectus filius Magister E. canonicus Ecclesiae de Tiliis, exposuit coram nobis, quod cum Vivianus quondam ipsius Ecclesiae clericus, Paduanae dicecesis, ordine clericali, & eadem Ecclesia derelictis, sibi quamdam mulierem matrimonialiter copularit, & diutius incedendo in habitu seculari, exercuit officia civitatis: nunc idem V. gelius ad Ecclesiam redire praedictam, non habita de praedictis aliqua mentione, quosdam a nobis ad te litteras reportavit, quarum auctoritate in eadem Ecclesia ingressum nititur habere. Cum igitur mendax preceptor carere debeat imperpetuo, mandamus quatenus si praemissa veritas substat, revocato, si forsitan auctoritate litterarum hujusmodi contra eandem Ecclesiam processerit, de cetero non procedas. Et ex c. 4. de consens. nulli, in eadem compilatione: Te didicimus incriminare, quod tu cum quosdam dicecesis tuz clericos uxortos tuis de mandato nostro beneficiis, quae in eadem obtinebant dicecesi, spoliaveris, quidam eorum per obtentas a nobis contra te super eisdem beneficiis commissionis litteras, in quibus spoliationis causa mentio non habetur, te super his multipliciter aggravant, & molestant: alii vero confirmationis nostrae litteras in communi forma super eisdem beneficiis, in quibus causa eadem supprimitur, exhibentes, tueri se contra te per eadem litteras moliantur. Nolentes autem per tales litteras mandato nostro, & canonicis statutis illud, decernimus te non teneri ad respondendum per commissiones eadem, & tibi super hoc tales confirmationis litteras non obtinere. Licet simplex beneficium absque administratione olim retinere poterint, c. 2. h. t. in 1. collect. ibi: Universalis Ecclesiae sollicitudo, quam providente Domino gerimus, pro Ecclesiarum statu nos compellit propensionem curam tagere, & ut securum Deum, & iustitiam disponamus, vigilem curam & studium adhibere. Accipimus autem quod plerique in tuo Episcopatu degentes, cum essent in acolythi officio, & infra constituti, uxores duxerunt, & nihilominus Ecclesias, quas prius habebant, devinere praesumant. Unde quoniam uxorati, cum divisi sint, & eos cogitare oporteat, quomodo uxoribus placere valeant, & servire, obsequiis non solummodo possunt intendere divinis: I. t. per A. f. p. m. quat. praedictos viros Ecclesias libere, & absolute dimittere, ap. cel. compellas, & eas aliis personis idoneis in sacris ordinibus constitutis concedas. Verum si qui eorum aliquod in eisdem Ecclesiis simplex prius beneficium habuerunt, ipsum eis, excepto Magisterio Ecclesiarum sub dissimulatione dimittere poteris. De quo exaudiendus est Clemens III. in c. fm. eisdem collectionis: Querebam Gand. acolythi nos accepisse noscatis, sicut praedecessor noster Gregorius, qui ad vos propter eum bis scripsisset noscitur: qui cum a G. muliere perteretur in virum, inde sumpta occasione ipsum beneficium, quod a nobis habebat, post appellationem ad Sedem Apostolicam factam minus rationabiliter spoliastis. Unde quia omnibus iniuste gravatis patrocinium tenemus Apostolicum impertiri: d. v. rog. attentius, & p. A. f. p. m. quat. si rem se habere confiterit, memorato clerico beneficium illud taliter liberatum absque dilacione reddentes, ap. rem. pacifice dimittat; ita quod querebam ad nos non debeat iterare, memorati Abbatibus sententia non obstante super matrimonio lata, quominus beneficium debeat obtinere, nisi curam habeat animarum annexam. Rationem hujus privationis assignavit Rom. Pontifices in eisdem iuribus. nam cum per matrimonium fornicatur statim incompatibilem cum statu sacerdotali, & facultate ministrandi in Ecclesia priventur, ideo tanquam renuntiantes tacite ipsis beneficiis contrahendo matrimonium, illis ipso jure privantur, & inhabiles redduntur ad aliud impetrandum: imo si illis novum conferatur, ipso jure collatio nulla est, ut docent ultra congestis a Barbola in praesenti, Basilius d. l. 7. c. 28. Valesius de benef. l. 2. tit. 13. Petrus Gregorius cod. ff. c. 25. n. 6. Lotharius de re benef. 3. p. 9. 26. n. 61. Dartis cod. ff. c. 12. Sanch. l. 7. de matr. disp. 42. cum segg. Suarez de censur. disp. 49. scti 4. Saulay in Panopli. cler. p. 2. l. 6. axiom. 5.

Idem a Acheruntino Archiepiscopo.

Um olim ad nostram audientiam pervenisset, quod Canonici b Angloven. dñi. f. Cantorem Tricaricem. sibi elegerant in Pastorem, tibi dedimus in mandatis, ut examinata electione diligentius, & persona, si electionem canonicam, & personam idoneam invenires, electionem ipsam auctoritate Apostolica confirmares, sicut Metropolitanus in ceteris processurus. Licet autem tibi de forma electionis canonice, ac idoneitate personæ in aliis constitutis, movit te tamen, & ad nos consulendos induxit, quod cum pater ejusdem Cantoris Græcus fuerit, & juxta ritum Græcorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus, Cantorem ipsum ex uxore legitimam in sacerdotio suscepisset. Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesie votum continentia non admittit, quin Orientales in minoribus ordinibus contrahant, & in superioribus d' utantur matrimonio jam contracto: f. r. per A. f. m. quar. nisi pro eo, quod inter Latinos Græci hujusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud non obstat, ad confirmationem, & consecrationem ipsam Cantoris sine dubitatione procedas.

NOTE.

Acheruntino. Ita legitur in c. 2. hoc rit. in 3. collect. Acheruntia, seu Acheruntius, ut ait Livius l. 2. vulgo Azorona, est in regno Apulie, quod & Calabria, & Græcia Magna dicebatur, in quibus dominium exercuerunt Imperatores Orientis, ut refert Cuiacius hic. Ea tamen regna occidentem spectabant, Italiaque Provincia erant. Berterius dicitur l. 1. c. 5. in prin. Sed cum provincia illa subjugata esset ab Imperatoribus Græcis, eorum fuerunt mancipata dominio, ut refert Leo Ollivensis l. 2. c. 8. Gregor. VII. l. 8. ep. 7. & ex eis Ciron. in parati. ad hunc rit. Jam a primis Ecclesie seculis fuit ea civitas Episcopali Cathedra decorata: eius Prælati iustus Synodo Romana sub Symmacho celebratae interfuit.

Angloven. Legendum est Anglionem. Nam Anglionensis Episcopus est etiam in Calabria, ut ex Pontif. Rom. refert Cuiacius hic.

Confirmare. Juxta ea, quæ adduxi in c. 3. de elec.

Utantur. Consonat textus in capit. alter 31. dist. ubi verba illa, matrimonio copulatur, ita exaudienda sunt, id est matrimonio utuntur, cap. quæstionum, de spons. & reniss. ubi: Matrimonio licet uti, ut supra probavi in cap. 1. unde Innocentius III. in prioribus verbis, ubi alerit, Græcos non recepisse votum continentia, exaudiendus est quod uliam matrimonii jam contracti, nec audiendus est Henricus lib. 10. de Ordine, cap. 10. §. 7. dum docet Innocentium in præfenti loquutum fuisse ut Doctorem privatum, non vero ut Ecclesie Præfulem.

CAPUT VII.

Idem Episcopo a Pictaviensi.

Joannes nobis conquirendo monstravit, quod tu cum; quamquam jam dudum uxorem legitimam duxerit, pro eo quod prius in b acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram clericalem, ex qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum consuetudine terre tue clerici uxorati non cogantur inveni portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere, mandamus quatenus ipsum super tonsuratione hujusmodi non molestes, dummodo nullam percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus a negotiis immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profecto in ministerii nostri vituperium redundare.

NOTE.

Pictaviensi. Joanni de Meldano videlicet, ejus Ecclesie Præsuli temporibus Innoc. III. De Ecclesia Pictaviensi nonnulla novavi in c. super 20. de reser.

Acolythum. Cujus officium duplex est, unum deferre cereos accessos in sacrificio Missæ, ac prout accendere luminaria, juxta adducta in c. uno de offic. sacris: alterum est ministrare vinum, & aquam in urceolis, c. perleis, vers. Ad acolythum, 25. d. Licet enim acolythus non sit ex ministris majoribus, tamen sacra vasa, ut ad altare deferat, tangere potest, c. non licet 32. 23. dist. c. cleric. verb. acolythi, 21. dist. quæ officia acolythi satis demonstrantur duplici materia, quæ illi traditur tempore sue ordinationis, videlicet ceterofarium eum cereo, & urceoli vacui, c. acolythi 23. dist. Prosequuntur acolythi etymon, & munia, ultra repetentes in d. c. perleis, & scribentes de sacramento Ordinis, Claudius Elpenceus ad D. Paulum l. 1. digress. c. 8. Vicecomes volum. 3. de ritib. Missæ, l. 1. c. 29. Menardus de sacram. D. Gregorii, fol. 271. Carda in advers. c. 94. Mendoza l. 3. Concil. Illib. c. 6.

Galganet de jure publico l. 3. tit. 5. deduxerunt, clericis conjugatis, etiam cum tonsura, & habitu incidentibus licitam esse negotiis secularibus implicari. Nam contrarium verius est, & probat late D. Josephus Vela 2. to. dist. 45. ex n. 3. in præfenti eam tantum Innocent. III. supponit, quod plerumque accedere solet hujusmodi clericis conjugatis, videlicet eos prophanis negotiis, ac negotiationibus immisceri ob conjugalis status necessitatem, & ad sublevanda onera matrimonii, ut accidit in Paduana diocesi refertur in c. 3. h. t. in 5. consilii, illis verbis: Dilectus filius Magister E. Canonice Ecclesie de Trilino. exposuit coram nobis, quod cum Vitanus quondam ipsius Ecclesie clericus Paduana diocesis, ordine clericali, & eadem Ecclesia delictis, sibi quondam mulierem matrimonialiter copularit, & diutius incedendo in habitu seculari, exerceat officia civitatis, sibi quondam V. gestiens ad Ecclesiam redire prædictam, non habita de prædictis aliqua mentione, qualem a nobis ad te litteras reportavit, quarum auctoritate in eadem Ecclesia ingressum nititur rehabere. Cum igitur mendax precator carere debeat impetratis, mandamus quatenus, si præmissis veritas iustitiam, revocato, si forsitan auctoritate litterarum hujusmodi contra eandem Ecclesiam processerit, de cetero non procedas.

CAPUT VIII.

Idem.

Um decorem. Et infra: Eos qui sunt publice uxorati, non admittatis de cetero ad ecclesiasticas dignitates dimissas ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo, & gravi scandalo retinere.

NOTE.

Idem. Ita etiam legitur in tercia collectione, sub hoc

rit. de rit. & benef. cleric. c. 4. & jam epigraphen hanc expolii in c. cum decorem, ejusdem tituli.

CAPUT IX.

a B. quondam Regina Anglorum Illustri.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli b litterati terræ tuæ, habitu & tonsura relicta, publice ducunt uxores, de his, qui sunt hujusmodi, solliciti quomodo uxoribus placeant, existentes, qui licet negotiationibus, & aliis secularibus insistant negotiis, ut tamen consuetis iustitiis, & debitis obsequiis se fraudent, tonsuram resumptam abjectam, qua ipsi prætextu ab hujusmodi ut clerici excusentur; quamquam non militent Domino, sed potius mundo, ut ceteri uxorati. Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt, & eandem tonsuram deserunt, ut eodem prætextu excusari valeant a prædictis: & ven. f. n. Episcopus, & dilecti filii Decanus, Archiepiscopus & Capitulum e Cenomanense ipsos tanquam clericos in subtractionem servitiorum tuorum sovere nituntur in tuum præjudicium, & gravamen. Cum igitur reddenda sint, quæ sunt Casaris Casari, & que sunt Dei Deo; & publici uxorati, clerici non existant, dum se sic d' secularibus negotiis implicent: equanimiter ducimus tolerandum, si iustitias debitas, & servitia consueta, velut ab aliis uxoratis exigas, & recipias ab eisdem: cum tonsura, quam non obiectu religionis, sed in fraudem subtractionis servitii, resumpserit, vel accepisset videntur, in his non debeat patrocinium impertiri.

NO.

NOTE.

Ita legitur in 5. consilii, sub h. t. c. 1. & in c. ex parte, de privileg. ubi etiam agitur de his clericis conjugatis, qui tonsuram jam dimissam reassumunt maleficiis perpetratis. De hac Berengaria Angliæ Regina plura notavi in c. ex p. 15. de foro compet. Ideo autem in præfenti Honorius refertur huic Regine, quia ut auctor est Rodericus Toletanus l. 5. de rebus hispan. c. 24. ea plerumque morabatur in civitate Cenomanensi, quam ratione dotulitii acquirerat, ut retuli in d. c. ex parte 15. unde consuluit Honorium III. super excessibus clericorum.

Litterati. Regulariter litterati accipiuntur pro doctis, scientia, vel doctrina imbutis, l. 1. C. de Decur. urb. Rom. in Theodos. c. de multa, de prob. quos a rusticis distinguit Juslin. in l. ult. C. de testam. Inde illiterati, ignari, & indocti dicuntur in cap. illiteratos 36. dist. notavit Boquetus ad Innoc. l. 2. ep. 224. In præfenti autem litteratos accipi pro sciolis, seu legaleis, qui mediocriter litteraturæ fumo insulti, lites ferunt, notavit Giroussis hic; illi enim clericis insignibus utebantur, idest tonsura, & vestibus, ut hoc colore clericali privilegio fruerentur.

Cenoman. De qua diocesi egi in c. 5. de reser. d' Secularibus negotiis. Ex his verbis recte deducuntur, clericos conjugatos tonsuram deferentes non posse negotiis secularibus se immiscere, quod late probat Vela d. in 2. dist. 45.

COMMENTARIUM.

In his duabus decisionibus agitur de clericis conjugatis, qui tonsura dimissa, seu retenta negotiis secularibus se implicarunt, & tam ab Innocentio, quam Honorio III. deciditur, eos privilegio clericali non gaudere: quarum decisionum ratio in promptu est; nam si clerici in majoribus ordinibus constituti negotiis secularibus se immiscerent, post trinam conditionem amitterent privilegium clericale, ut probavi in c. 6.

CAPUT V.

Idem a V.

Ut consultationi tue breviter satisfiat, respondemus quod R. miles tue diocesis, qui sicut tibi humiliter est confessus, olim minori constitutus ætate, cum modicum foret legere, vel cantare, tonsuram tamen, & coronam clericalem assumpsit, quam gestare inter milites, & laicos erubescit, non est cogendus deferre habitum clericalem.

NOTE.

Ita legitur in quinta compilatione, sub h. t. c. fin. Cuiacius autem in præfenti eximiam, Honorium III. scribere Liconiensis Episcopo, juxta cujus sententiam ita referenda est inscriptio: Vuillamo Liconiensis Episcopo; temporibus enim Honorii III. Liconiensem regerat Ecclesiam Vuillelmus, qui postea fuit in Ecclesia Rhemensis translatus, ut refert Chenu in serie Episcop. Licon. De Ecclesia Liconiensi nonnulla notavi in c. 8. de reseript.

COMMENTARIUM.

Vulgo textus hic accipitur de clerico prima tonsura tantum initiato, militia nomen dante, qui non teneatur deferre in ipso exercitio, & belli congressu tonsuram. Sed certe si de tonsurato in bellum proficiscentem accipitur præfens decisio, parvam, aut nullam continet dubitandi rationem; nam licet clericis in majoribus gradibus constitutis militia nomen dare interdicitur sit, c. clericorum, c. de his clericis, c. 101. qui 20. q. 3. clericis, c. quicumque, c. ex multa, de voto: illustrant late Lantdmeter l. 2. de ver. mon. c. 25. Barb. de jure eccl. l. 3. c. 4. Becanus de bello, q. 18. n. 22. Diana p. 10. rr. 2. ref. 2. Gibal. de regule. c. 4. dist. 4. Rouffelius l. 6. dist. Pontif. juris, cap. 6. & si beneficia possideant, illis privandi sint. Conc. Andeg. can. 7. ibi: Clerici quoque, qui relicto clero se ad secularem militiam, & ad laicos consulerint, non iniuste ab Ecclesia, quam relinquunt, amoveantur. Tamen clericis in minoribus constituti rite possunt, sicut alii laici, ad militiam proficisci, ut probat Diana d. reser. 2. Et sicut conjugati, vel aliis negotiis secularibus implicati non coguntur tonsuram deferre, ita nec milites. Unde credi non potest, Episcopum Lin-

conensem consulari Honorium III. in causa adeo aperto, cum videlicet, qui tantum prima tonsura erat initiatus, militia nomen dederat, utrum tonsuram deferre cogendus esset, cum tunc tanquam laicus incedere potuisset. Quare existimabam, Rodericum, de quo in præfenti, nullo modo militis nomen dedisse, sed in ipsa civitate deguisse: quod ut facilius percipiatur, observo apud scriptores mediæ ætatis, plerumque nobiles viros, Dynastas, & Toparchas, milites appellari, quos & nos vulgo appellamus Cavallos; de quibus S. Bernardus ad Eugenium l. 3. c. 5. ubi conqueritur de clericis, qui ut laici incedebant, his verbis: "Quid sibi vult, quod clerici aliud esse, aliud videri volunt; id quidem minus castum, minusque sincerum; nempe habitu milites, quætu clerici, actu neutrum exhibent." Sic miles Tercolinus, ipius S. Bernardi pater, miles appellatur ab Vuillelmo Abbate l. 1. vite ejusdem Sancti, eo quod esset vir antiquæ, & legitime militiæ, idest nobilitatis. Et Petrus Blesens. epist. 78. Gaufridum, nobilem appellat militem, sanguine, & animi generositate præclarum. Et ep. 94. reprehendens nobilium fastum, superbiæque ait: Nequam vestrorum militum fastuosam gloriam tolerare non possum. Probat Saulay in Panopli. cleric. p. 2. l. 3. c. 2. quibus suppositis eam credo esse Honorii mentem, ut R. miles, idest nobilis Dynasta, qui in minori ætate tonsuram acceperat, eamque postea inter alios Dynastas, & laicos deferre erubescat, cum nec Ecclesie inlirverit, sed potius, ut laicus incederet, cum quereretur, an cogendus esset eam deferre, cum adhuc per conjugium, vel similem actum non deseruisset statum clericalem, respondit Honorius, quod non est cogendus inter alios nobiles tonsuram deferre, cum ipsam propria voluntate dereliquisset, nec beneficium aliquod ecclesiasticum obtineat.

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Sardicensi.

Non liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim b causa pro qua facere hoc attentat. Cum nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transfret.

D. D. Genes. in Decretis, Tom. III.

NOTE.